



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Universitätsbibliothek Paderborn**

### **Io. Francisci Leonis Eporediensis I. V. D. Episcopi Thelesini Thesaurus Fori Ecclesiastici**

**Leoni, Giovanni Francesco**

**Coloniae Agrippinae, 1682**

27 Papa est dispensator ministeriorum Dei, caput Ecclesiae, custósque, & administrator ditiorum ad Romanam Ecclesiam pertinentium.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-10316**

294  
 133, num. 7. & Mascard. *ead. conclus.* 1242, num. 86, & 87. Et tractantes, & consultants, ac suadentes pœnas constitutionis incurrunt etiam effectu non sequenti, quia hoc casu solus  $\dagger$  conatus sine effectu sufficit ad incurrendam pœnam, *l. si quis non dicam rapere, C. de Episcop. & Cleric. quæ est canonizata, & posita in cap. 7, de pœnitent. distinct. 1. ubi plura sequuntur, cap. 1. & ibi gloss. 1. ubi etiam Abb. ante num. 1, versic. nunc primò, de presump. & Felyn. in tract. quando conat. puniat. num. 1. præsertim attentâ dictione, ipso facto, quæ est latæ sententiæ, cap. felicitas, §. si que verò, de pœnit. in 6.*

Gregorio XIV. vitâ functo, Innoc. IX. ad  $\dagger$  tollendum omne dubium de eorundem S. R. E. Cardinalium consilio, & assensu, declaravit, eadem constitutione prohibitum fuisse, & prohiberi omnem, & quamcunque infeudationem, ac alienationem civitatum, terrarum, oppidorum, & locorum Sedi Apostolicæ, tam mediatè, quàm immediatè subjectorum, non solum ne fiat, neve attententur post eorum devolutionem, sed etiam antequam devolvantur, ac omnem, & quamcunque in perpetuum, vel ad tempus prorogationem, ac extensionem, infeudationem, investituram, & concessionem de dictis civitatibus, terris, oppidis, & locis nondum finitarum, ipsorumque incorporationem, quoad effectum impediendæ infeudationis, alienationis, prorogationis, & extensionis hujusmodi, non à die eorum devolutionis, sed à die ipsius constitutionis, etiam antequam illa devolvatur, ipso jure cum omnibus clausulis, & decretis in prædicta constitutione contentis, Cæmeræ, &

Sedi Apostolicæ factam censeri, adjecto etiam decreto, & declaratione, ut promissio, & juramentum præstitum, & præstandum de servanda eadem Pii prædecessoris prædicti constitutione, per ipsum Inn. & successores suos Rom. Pont. ac prædictos S. R. E. Cardinales intelligatur de ipsa Pii V. constitutione per eum, ut supra, declarata, & secundum hujusmodi declarationem eandem constitutionem ad unguem, & inviolabiliter observari oportere, ac debere, sicut se servaturum esse promisit, ac sanctæ, & solemnini more juravit, prout in eisdem Innoc. sub dat. pridie non Novembris expeditis literis continetur. Quas eodem Innoc. vitâ functo, Clemens VIII. in omnibus comprobavit, confirmavit, & innovavit, easque firmiter, & inviolatè, ac juxta declarationem prædictam se firmiter servaturum promisit, & juravit, atque per eos, ad quos spectat, pariter perpetuè observari præcepit, & mandavit, ut in suis sub dat. Romæ anno Incarnationis Dom. 1592. 16. Kal. Martii, Pontificatus sui anno primo literis desuper expeditis.

26 Alphonso duce mortuo,  $\dagger$  Cæsar Estensis Dux Mutinæ proximior Alphonso genatus, civitatem, Ducatum que Ferrariæ, & alias civitates, terras, castra, & loca ejusdem ducatus cum omnibus eorundem territorii, jurisdictionibus, fortalitiis, membris, pertinentiis, & juribus prædictis statim occupavit possessione apprehendendo, militibus, & aliis necessariis muniendo.  
 27 Papa verò, qui Christi nomine  $\dagger$  ministrat, ut declaratur verbis Apostoli dicentis, *Sic nos existimet homo, ut ministros Christi, & dispensatores ministeriorum Dei.*

7. ad Cerinth. cap. 4, 2. ad eisdem cap. 6. Et est caput Ecclesie, cap. non decet, 12, & cap. sacrosanctam, 22, distin. ac ditionum ad Romanam Ecclesiam pertinentium cultos, & administrator à Deo est constitutus, 1, ad Corinth. d. cap. 4. & Abb. in capitulo constitutus, num. 9, de re script. cum linea finita per mortem Alphonsi sine liberis, & descendantibus civitatis & Ducatus Ferrariae, illiusque Comitatus, ac aliarum civitates, & terrarum alias eidem, & suis prædecessoribus à Rom. Pont. in feudum concessæ, ad Romanam Ecclesiam, Sedemque, & Cameram Apostolicam, tam ex dictæ Constitutionis forma, & tenore, quam juris communis dispositione forent reversa, ac legitimè devoluta, & Cæsar Dux Mutinæ non esset in investituris comprehensus; quapropter non succedit, cap. unic. §. filia, in fin. de success. feud. cap. unic. in fine, de feud. march. & cap. unic. §. si enim Titij, de success. frat. civitatem, & Ducatum prædictum cum suis pertinentiis recuperavit, ut inferius dicitur.

29. Quamvis enim regulariter de jure bona Eccles. solita infeudari, postquam erant ad ipsam Ecclesiam reversa, aliis in feudum concedi possent, cap. 1, de ijs, qui feud. dar. poss. in principio, etiam sine aliqua solemnitate, Abb. in cap. ut super, num. 11, de reb. Eccles. non alien. & Clar. in §. feudum, qu. 13. vers. item quæro, lib. 4.

Hodie tamen jus hoc est correctum, 31 quod ad civitates, castra, terras, oppida, & loca Sedi Apostolicæ, tam mediata, quam immediata subjecta, quæ devoluta, & pro tempore devolvenda, absque alia ulteriori declaratione, & illorum

possessionis apprehensione eo ipso Sedi, & Cameræ Apostolicæ incorporata, ac ad jus, proprietatem, & dominium pristinum, ac possessionem rediisse censentur; perinde ac, si per quadraginta annos, & ultra, civitates, & loca prædicta à Sede Apostolica immediate possessa, & nunquam in feudum, aut alium titulum concessa fuissent, ut in eadem Constitut. Pii V. ibi, hac nostra perpetua valitura, juncta declaratione Innocentij post princip. eadem constitutione, ibi, prohibitam fuisse, & prohiberi, omnem, & quamcunque infeudationem, ac alienationem civitatum, terrarum, oppidorum, & locorum Sedi Apostolicæ, tam mediata, quam immediata subjectorum, non solum ne fiat, neve attentetur post eorum devolutionem, sed etiam antequam devolvantur, ac omnem, & quamcunque in perpetuum, vel ad tempus, prorogationem, ac extensionem infeudationum, investiturarum, & concessionum, de dictis civitatibus, terris, oppidis, & locis nondum finitarum, ipsorumque incorporationem, quod ad effectum impediendæ infeudationis, alienationis, prorogationis, & extensionis hujusmodi, non à die eorum devolutionis, sed à die ipsius constitutionis, etiam antequam illa devolvantur, ipso jure cum omnibus clausulis, & decretis in prædicta constitutione contentis, Cameræ, & Sedi Apostolicæ factam censeri.

Et dictiones, de eo ipso, & ipso jure, ibi appositæ, sunt latæ sententiæ, l. fin. §. fin. verò postquam, C. de jur. deliber. cap. seculis, §. si qua verò, de penit. in 6. Et, quia Dux Mutinæ civitatem, & alia fortalitia ejusdem Ducatus militibus,